



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De morte Adriani, & imp[...]io Antonini. Ca. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. IIII.

BLASPHEMIA Saturnini & Car-
pocratis. Cap. XVII.

SAturninns autem eadem quæ Menander supra-
dict⁹ cōmentatur. Carpocrates aut̄ quidā Simo-
nis magi, non ut ille clam, sed palā ac publice p-
atigia deponit. per hos imponunt opprobria, ince-
stus, & stupra, pmiscue habita, int̄ fratres & sorores
& matres: sed hos facile per dñi gratiā, tunc in nostris
probabilis vita & eruditioē cōvicit & exuperat, q̄s ma-
xime Egeſippus discipulus apostolor̄ Christi cōtem-
poraneus, cuius insignes libri habent, disputatiōibus
& scriptis confutat, adeo ut cito euanescentibus pre-
dictor̄ hæreticorum figmentis, felix efficiatur fama
Christianorum, ita ut om̄ne genus hominum patrijs
legibus & superstitionibus derelictis, & à diis ad do-
minum Iesum concurreret, & discere ab eo, qui mitis
est & humilis corde, festinaret.

ADRIANVS regnat annis xxi. The-
lesphorus sedet annis xi. Hyginus
sedet quatuor annis. Pius se-
dit annis duodecim.

Caput XVIII.

In terea moritur Adrianus, & imperat Antoninus,
cognomento Pius. Thelesphorus martyrio reso-
lutes decidit, Hyginus succedit apostolatui, sub q̄
Valentinus Credo, & quidā Martion figmenta hære-
tica dogmatizat. Hygino autem dececente, Roma-
no Pius fungitur sacerdotio. Marcus substituit Alex-
andri, Eumenide defuncto. sed & Marco post x. annos
mortuo, Celadion eius gubernat ecclesiā. Pius ve-

C iiiij

HAYMO DE CHRISTIA.

ro in urbe Roma, ex pleto sacerdotio, Aniceto sedem reliquit, sub quo Egesippus Romam venit, ibidem permanens usque ad episcopatum Eleutherij, qui fuit post Anicetum. Tunc & Iustinus philosophus, Christi & fidei nostrae contra Martionem, tam viua voce quam libris defensor, scribit ad Antoninum librum de Christiana religione, & obtinet gratiam pro nostris.

DE POLYCARPO insigni martyre. Cap. XIX.

EO tempore Polycarpus ordinatus & eruditus ab apostolis, Smyrneorum episcopus, logeum & innocentia vita venerabilis, pergit Romanum, & corruptos per Valentianum & Cerdonem ab hereticali abbas castigat. Traditur hunc eleganter narrasse de Iohanne apostolo, quod cum apud Ephesum, lauandi gratia balneum esset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum, exiuit continuo non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneae ipsae corruant, in quibus lauauit Cerinus veritatis inimicus. Extant huius præclara quædam opuscula, & epistola huius ad Philippenses præualida, continens fidei monita & salutis. Hic autem post Antoninum Pium, imperante Marco Aurelio Vero, & Antonino filio eius cum Lucio fratre, vitam finiuit martyrio.

ANTONINVS Pius sedet annis xij.

Haymo.

Caput XX.

Dignus est autem hic perpetua ecclesiæ cōmemoratione donari, celeberrima passione resolutus, quem huic nostro cōpendio licet curta-